

ad oppidum Bonense se transtulerunt, quid Dominus
Theodericus de Moersa propositus bonnensis, nepos
supradicti archiepiscopi Frederici, thesaurum et clero-
dia per eum relicta ~~relicta~~ et castra quodam ipsius
diocesis Coloniensis iam apprehendit, multorum favores
conquirendo sibi pro sui electione fortiter instabat. Unde
electio facta et bipartita: Illi quidem canonici, qui Coloni-
am manserant, Dominum Wilhelmum prefatum postulabant;
alii vero in prefato opido bonensi Dominum Theodericum
predictum quinta die post diem ad hoc primo decre-
tum elegerunt. Postquam igitur postulatio de Domino
Wilhelmo de ⁱⁿ monte, et electio de domino Theoderico de
Moersa predicta fuerint celebrata, ad Dominum ⁱⁿ Johannem
papam pro confirmatione seu provisione solompnes
viri cum onaximis mittuntur expensis, partem pot-
estatemque. Et quia maior ^{po} pars capituli domino Theoderico
cohesit, quia ipse castrorum et terrarum pro maiori parte sibi
vendicabat possessiones. Cum enim dominus Fredericus avunculus
eius supradictus vita functus fuerat, iste Theodericus thesaurum
et clero dia ipsius avunculi primo, deinde plura castra episcopa-
tus mundum electus apprehendit, sique canoniorum et mul-
torum aliorum favoribus acquisita, plura de castris distraxit et
pignore obligavit; unde magnas pecuniarum summas collegit.
Et sic eo multa milia florenorum expendente et promittente,
papa preestitit ad importunam instantiam Sigismundi regis Bo-
morum et Ungarie, et domini Johannis archiepiscopi Magun-
tensis eum dixit confirmandum et verbo primo confirmavit, non
obstante quia plures principes Theutonice pro domino Wilhelmo